R.de in X.o Pater.

P. C. 80

Gratissimas R.ae V.ae accepi Venetijs, gauisus sum ualde ob responsum tam fauo
rabile quod Adm. R. P. Vicarius dedit circa submittendam R.am V.am cum P. Loyola
ad Missiones Indicas, Confirmet Deus et ad finem optatum perducat
quod ordiri dignatus est, idem si me saluum perduxerit ad meum terminum
expectabo ibidem cum desiderio RR.as VV.as casq cum aduenerint in Jesu
uisceribus latus amplectar. R. V.a seipsa uirtutibus studet Missiona
rio necessarijs, addere stimulos currenti supervacaneum esset, mihi quaeso
a Deo impetrare conetur uerum Missionarij Soctis spiritum quem ualde
in me frigere doleo. Linguae ferè utilius addiscuntur in sua quauis
regione, saepe enim Orientales illae hic in Europa ex uocabularijs discuntur
quae postea iterum dediscì debent ob pronuntiationem diversam quam nunquam
recte discitur nisi ab ijs quibus illa lingua naturalis e; Turcicae tamen
linguae non inutiliter studeret si itinere terrestri mittendi essent, sed cum
per Lusitaniam probabiliter transeundum sit utilior erit Lingua Lusita
nica quae etiam in India usui erit.

Post aliquot dies hinc Germaniam uersus uel inuitus discedam cum per
Turciam non satis tutum uideatur iter reuocatis e Turcia Gallis a suo
Rege uti hic certo rescivimus.

R. V.a nunquam obliuiscatur mei in suis SS.is Sacrif. et orationibus donec nos Deus
uel in Indijs uel in meliori uita iterum coniungat. Venetijs 10 Maij
664

R.ae V.ae seruus in Chr.o minimus
Henricus Roa S.J.

P. Claud. Dam[...]

R.do Patri in X.o P. Clau
dio Damcy Soc.tis Jesu
Sacerdoti

Romam